eundem terminum nullis modis et coloribus exquisitis et ex cogitatis mendicibus appellationibus quibusvis non differrent nec quicquam in auxilium sibi contra prudentem inscriptionem recipiendi quibus solutis dictis tenentibus utique inscriptionem prudenti et omnibus in ea contentis satisfacere tenebuntur et eius successores tenebuntur tenentes quoniam ipsi Jacobo Kawka et eius successoribus opus fuerit super quod hoc positum est

Protestatur Bratskowsky contra Blazowsky

Hec protestatio debet contineri sub actu ferie secunde post festum nativitatis gloriosissime virginis Marie proxima anno 156 quinto

Veniens personaliter ad officium et ad acta prima nobilis Sienko Bratskowski gravi et lamentabili in querella deposuit ac cum lachrimis questus est in et contra nobilem Bratsko Blazowski filium nobilis Jwan Blazowsky quia ipse cum suis multis complicibus per ipsum ad hoc subordinatis oblitus status et conditionis sue militaris prout homini equestris ordinis licuit nulla antea sibi diffidatione premissa reverentiaque honoris sui postergata ipsi homini pacifico pacem contra assecurat dum et quando ex lustratione in conventionibus proxime preteritis laudat terra de post determinationem eiusdem domum versus via publica equitaverat ille iuribus regni parvipensis ac postpositis quibus cautum est omnes ante lustrationem alias Okazowania duabus septimanis et post determinationem eiusdem etiam duabus septimanis quartum ac pace contra assecurat fore in via publica prefata manu forti et armata ut hostis patrie obsedit viamque sibi dispercussit vulnusque lundum in manum dextram sibi violenter cum suis complicibus intulit et in verificationem querelle sue obduxit eodem officio castrensi premisliensi vulnus lundum in manu dextra per eundem Bratsko Blazowsky tunc temporis ut premittitur fore violenter inflictum quod vulnus officium vidit ac suscepit eiusmodi querellam in acta prima suscepit

Posit Cittos ex parte Sczepieczky super Wisliczkie

Actum in castro premisliensi feria tercia post festum Sancti Andree apostoli proxima anno domini 156 quinto

Mlis terrarum Russie generalis providus Thymotheo Jule de sub castro premisliensi coram officio et actis prudentibus castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue publice et per expressum recognovit quia hesterna die hoc est feria secunda post festum Sancti Andree apostoli proxime preterita anno presenti Cittones literales castrensis Sendomiriensis undecim qualibet earum seorsum

diversas propositiones in se continentes actionem quarum cumque iniuriarum alias prout ipse Cittones latius in suis teneribus canunt et obloquuntur ex parte Lucas Joannis Sczepieczki super nigros Sebastianum Myslicz castellanum wysliciensem et Zophiam de Koszielicz coniuges in bonis et curia ville Batycze posuit et reliquit posicionemque earundem factam et familie eiusdem curie ac incolis eiusdem ville iuxta iurisformam publicavit et ad noticiam deduxit que ita et non aliter fieri ipse mlis recognovit

Vulnera Choma de Batycze contra pop de Throyczice

Actum in castro premisliensi feria quarta in vigilia Sancti Nicolai episcopi anno 156 quinto

Laboriosus Choma de Batycze subditus sacre regie ratis coram officio et actis prudentibus castrensibus premisliensibus ostendit et manifestavit vulnera tria cruenta enormia in capite Item vulnus lundum sub oculo dextro Item vulnus fixum in manu dextra Item vulnus cruentum sectum in digito indice manus sinistre que vulnera ascribat sibi fore inflicta per religiosum Hawryslo pop de Orzechowce subditum Lucas Valentini Orzechowski iudicis terrestris premisliensis et complicem eius providum Mathiam Sartorem de Throyczice subditum Lucas Andree Throyczky que vulnera officium vidit et suscepit

Bilinsky recognoscit divisione in popiele et mainicz

Comparens personaliter coram officio et actis prudentibus castrensibus capitalibus premisliensibus nobilis Steczko Bilinsky dictus Smicha sanus mente et corpore exiens publice palam et per expressum recognovit quia nobiles Feyczko Bilinsky Tharasz Bilynsky Feyczko Kolodrub Wasko Bielynsky Dasko Luczky Naydpopyl amicabiles compositores ad faciendam divisionem inter nobilem olim Abraam Bylynsky patrem ipsius Steczko recognoscentem ex una et nobilem Anna Bilynska filiastrum ipsius Abraam matrem vero nobilium Roman et Petri popielow partibus ex altera per easdem partes mutuo assumpti fecerunt divisionem perpetuam omnium bonorum in villa et hereditate sorte popiele in omnibus argutis mellis exceptis pratis campis areis et in campo dicti Maynycz et in lutis alias Roblo zieck idemque Abraam ipsam Annam ad eandem ex divisionem in bonis prefatis tanquam in bonis maternis libere admisit postquam quidem divisionem sic factam tam idem olim Abraam pater recognoscentem bona sibi divisione cessa quam ipsa Anna pacifice tenebant et possidebant post mortem vero